UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

LXIII. Quomodo Legatum cum literis misit, ad pacem componendam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

à capite exorſum, univerſam poſthæc Ægyptum, & Libyam, & ulteriorem Thebaïdem peragravit. Sed & reliquas urbes ac provincias depaſtum eſt: adeò ut non ſolum ipſos Eccleſiarum Antiſtites verbis inter ſe digladiantes, verùm etiam plebem ipſam diſciſſam cernere liceret; aliis horum, aliis illorum partes amplectentibus. Porrò rerum quæ gerebantur ſpectaculum eò uſque proceſſit indignitatis, ut in mediis infidelium theatris, divinæ prædicationis venerabilis doctrina turpiſſimo riſu ac ludibrio traduceretur.

A Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας διαδραμοῦσα, σύμπασαν Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην, τήν τ' ἐπέκεινα Θηβαΐδα ἤδη δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ἐπενέμετο ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις. ὡς οὐ μόνους ὁρᾶν τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους λόγοις διαπληκτιζομένους, ἀλλὰ καὶ τὰ πλήθη καταμεριζόμενα, τῶν μὲν ὡς τούσδε. τῶν δὲ θατέροις ἐπικλινομένων. εἰς τοσοῦτον δὲ ἤλαυνεν ἀτοπίας ἡ τῶν γινομένων θέα, ὡς ἤδη ἐν αὐτοῖς μέσοις τῶν ἀπίστων θεάτροις, τὰ σεμνὰ τῆς ἐν Θεῷ διδασκαλίας τὴν αἰσχίστην ὑπομένειν χλεύην.

B

Caput LXII.

De Ario & Melitianis.

ET hi quidem in ipſa urbe Alexandria de ſublimiſſimis rebus pertinaciter dimicabant. Alii verò per totam Ægyptum & ſuperiorem Thebaïdem, ob controverſiam quandam quæ prius commota fuerat, interim diſſidebant; adeo ut ubique diſcerptæ eſſent Eccleſiæ. Cùm autem Eccleſiæ corpus hujuſmodi morbo laboraret, univerſa Libya ſimul etiam ægrotavit, & reliquæ exterarum provinciarum partes eodem morbo correptæ ſunt. Nam qui Alexandriæ erant, Legatos ad ſingularum Provinciarum Epiſcopos dirigebant. Iſti vero in alterutram partem diſciſſi, ſeditioni quoque adjungebantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΒ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ Μελιτιανῶν.

ΟΙ μὲν οὖν κατ' αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν νεανικῶς περὶ τῶν ἀνωτάτω διεπληκτίζοντο· οἱ δ' ἀμφὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν ἄνω Θηβαΐδα, προϋποκειμένης παλαιᾶς ὑποθέσεως χάριν διεστασίαζον. ὡς πανταχοῦ διῃρῆσθαι τὰς ἐκκλησίας. τούτοις δ' ὥσπερ σώματος κεκακωμένου, σύμπασα Λιβύη συνέκαμνε. C συνενόσει δὲ καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῶν ἐκτὸς ἐπαρχιῶν. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, διεπρεσβεύοντο πρὸς τοὺς κατ' ἐπαρχίαν Ἐπισκόπους· οἱ δ' εἰς θάτερον τμήματος μέρος, τῆς ὁμοίας ἐκοινώνουν στάσεως.

Caput LXIII.

Quomodo Legatum cum literis miſit ad pacem componendam.

HIs auditis Imperator graviſſimo dolore perculſus, eámque rem inſtar domeſticæ calamitatis habendam ratus, confeſtim ex Dei cultoribus quos circa ſe habebat, quendam, quem ob modeſtiam fidei ſpectatum, & ob religionis confeſſionem ſuperiori tempore præ cæteris nobilitatum eſſe cognoverat, Alexandriam dirigit, ut inter eos qui illic diſſidebant pacem componeret: eidemque literas dat ad contentionis auctores, utiles inprimis ac neceſſarias. Quæ cùm illuſtre ſpecimen exhibeant curæ ac ſollicitudinis illius quam pro Eccleſiis Dei gerebat, non abſurdum fuerit, huic de illo inſtitutæ narrationi ipſas inſerere. Sunt autem ejuſmodi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΓ.

Ὅπως περὶ εἰρήνης πέμψας Κωνσταντῖνος ἔγραψε.

ΤΑῦτα δὲ πυθόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ψυχὴν ὑπεραλγήσας, συμφορὰν οἰκείαν τὸ πρᾶγμα θέμενος, παραχρῆμα D τῶν ἀμφ' αὐτὸν θεοσεβῶν, ὃν εὖ ἠπίστατο σωφρονι. πίστεως ἀρετῇ δεδοκιμασμένον ἄνδρα λαμπρυνόμενον ταῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ὁμολογίαις κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους, βραβευτὴν εἰρήνην τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διεστῶσι πέμπει· γράμμα τε ἀναγκαιότατον διὰ τούτου τοῖς τῆς ἐρεσχελίας αἰτίοις ἐπιτίθησιν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ γνώρισμα περιέχον ἀμφὶ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας, τῇ περὶ αὐτοῦ φέρεσθαι διηγήσει καλὸν, ἔχον τοῦτον τὸν τρόπον.